Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



184r

Advocato et fratre ejus Comite Engelberto, ad investiganda et cognoscenda jura et rationes ejusdem Megenhardi Advocati, quæ Pater suus Comes Engelbertus habebat tempore, quo Dominus Volricus Patriarcha obiit, super quibus prædictus Patriarcha litem et contentionem cum prædictis Fratribus habebat; adhibito nobis Sapientum Virorum consilio taliter processimus. etc. Quæ ad illustrandam Comitiam Goritianorum genealogiam hic excepta placuit.

37) Arenpeckius, Aventinus, Kundius, Burglechner, et recentiores omnes in hunc annum 1104 Berthaldi mortem consignant. Damasie sepulchrum, testatur Epitaphium, quod ad c. IX Add. 151 recitavi.

„Brunner, „Rosehmann

Cum Chronico Augustensi

38) De Bertholdi nostri uxore Kundius Stemmat. Bavariæ Andechs: sein Hausfrau Agnes, Herzog Kunrichs von Oesterreich Tochter. Ita Aventinus fol. 692. aber: lib. 10. Annodiamm, fol. 50. setzt er, sie seye ein Tochter Theodonis Marggrauen in Meysenburg, vnd Meichsen gewesen. Bruschius sub Eckenberto Episcopo Bambergen. setzt, wie das er Herzog Berchtolds von Meran, vnd Agnetis einer Tochter Dedonis, Graven zu Hochlitz vnd Marggrauen zu Meichsen, etc. Sun gewesen. Ita etiam habet genealogia Marchionum Misnen. Georgius Fabricius, in Annalibus Misnensibus sub anno 1190. Apud ill. Coronium Test. geneal. Com. Goit. Ab Alberico trium fontium Monacho ad Annum 1196 pag. 407. edit. Lipsiæ 1698. in 4to. Ducis Bertholdi uxor appellatur Malix, Teconis filia, Conradi Misnii uxoris. Bruschius Dedonis filiam vocat. --- ~~Denique rem dare videtur idem Annales Vetero-cellenses apud Menckenium Tom. II pag. 296 et Tom. III pag. 345. Chronicon Dresdense Germanicum Annalibus consentiens.~~ Annales Vetero-cellenses de Dedone Comite de Hocholitz, in Misnia, sic habent: „Genuit præterea filiam Agnetem, quæ nupsit Bertholdo Duci de Merania, qui genuit ex ea filios Ottonem Ducem de Merania, et Marchionem de Osterreich (Oesterreich) qui etiam Dandusse dicebatur, et Eckehardum (Eckebertum) Babinbergensem Episcopum, et Bertholdum, Patriarcham Aquilejensem. Item genuit tres filias. ---„ Eadem de Dedone, Conradi Marchionis filio, et Agnete, perhibet Chronicon Dresdense, sæculo XIV inclinante absolutum, cujus ætatis quoque sunt Annales Vetero-cellenses. Hæc de uxore Bertholdi putamus sufficere: qui si et Austriacam habuisse probaretur, duas successive uxores habuisse dicendus esset.

De tribus Bertholdi filiis Eckeberto, Ottone et Henrico mentio facta est supra Add. 8 et 16. ~~De primo eorum locuto~~ Bruschius in Catal. Ep. Bamberg. 12. Otto alias Oppo (ino Otto II) cognomento largus, Dux Meranie (ed est, Merania Ducis ~~fratris~~ patris) et comes de Andechs, eligitur anno 1177. Præfuit annis 15, obiit anno domini 1192 secunda Maij. -- 13. Thimo --- 14. Conradus eligitur in Episcopum anno domini